

58 FRAN. PETRARCH.

telluris aratoribus tribuo , nisi quod illi
manus & corpora , hi linguas & inge-
nium venales habent , eò fædiiores , quò
pulchriore parte hominis seruiunt . Sed
cur iouis & nihil profuturis immoror
querelis ? cur non potius veteribus refer-
tam recentibusque inanem & vacuam
memoriam excutio ? si quis vnquam
esset ad redimendum ætatis nostræ pu-
dorèm , satis efficax & puto nec maio-
rum umbris , nec successorum linguis , ne
insultent fortiorem clypeum opponi
posse , Roberti Siciliæ Regis nomen : Is-
enim , non post labores studiorum (quod
de multis vidimus (in altiorum perue-
nerat statum , sed in regia natus , immò
quidem , si dici phas est , Rex antequam
nasceretur , non Patre tantum , sed tam pa-
ternis quam maternis auis & proauis or-
tus regibus , educatus in amplissima for-
tuna , tot prorupit obstantia Rex puer , &
vt simul cuncta complectar , nostro secu-
lo genitus , processu autem ætatis varian-
te fortuna , maximis periculis circum-
uentus , aliquandiù passus est carcerem ,
nec minis nec insultibus nec blanditiis
fortunæ , nec inertia temporum à studiis
abstrahi quiuit , vnquam seu pacis seu
belli